

CERTAMEN CAESARIANUM URBIS

15 MARZO 2024

Sallustio, *De Catilinae coniuratione* 37, 1-8

(Testo: L.D. Reynolds, Oxford, Univ., 1991)

La corruzione della plebe.

Neque solum illis aliena mens erat qui conscii coniurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes novarum rerum studio Catilinae incepta probabat. Id adeo more suo videbatur facere. Nam semper in civitate quibus opes nullae sunt bonis invident, malos extollunt, vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno. Sed urbana plebes, ea vero praeceps erat de multis causis. Primum omnium qui ubique probro atque petulantia maxime praestabant, item alii per dedecora patrimoniis amissis, postremo omnes quos flagitium aut facinus domo expulerat, ii Romam sicut in sentinam confluxerant. Deinde multi memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites ut regio victu atque cultu aetatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Praeterea iuventus quae in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori praetulerat. Eos atque alios omnis malum publicum alebat. Quo minus mirandum est homines egentis, malis moribus, maxuma spe, rei publicae iuxta ac sibi consuluisse.

Dopo aver tradotto, svolgi un commento unitario, che riguardi la contestualizzazione del brano sallustiano, il suo significato sul piano storico-culturale e letterario, lo stile dell'autore. Nello specifico, tieni presenti le seguenti linee-guida:

- 1. Per dare conto dell'incapacità della plebe di separare i propri interessi da soggetti che la manovrano a proprio piacimento Sallustio ricorre a vari espedienti narrativi: sottolinea tutti gli aspetti che in tal senso ne caratterizzano in chiave negativa la decisione di dar credito ai piani sovversivi di Catilina.*
- 2. Esamina le scelte lessicali, le strutture morfosintattiche e le figure retoriche, che caratterizzano il brano sallustiano.*
- 3. Sallustio riferisce qui di vari fattori economici e politici di disgregazione nella società romana del tempo: prova a individuarli, anche alla luce di tue conoscenze del periodo storico di riferimento.*